

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG_0106

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

84 HERBARII AMBOINENSIS Liber IV. cap. XLVIII.
CAPUT QUADRAGESIMUM XLVIII. HOOFDSTUK.
OCTAVUM.

Bancalus. Bancal.

Bancalus mas silvestrem magis gerit naturam præcedenti, ejusque truncus rotundior & gracilior est, qui in comam expanditur densam, quæ in multis brevesque dividitur ramulos: Ejus folia multo sunt minora, illis *Canna fistulae* similia, quatuor & quinque pollices longa, binos ac tres lata, glabra & æqualia, in vulgarem desinentia apicem, quæque paucas gerunt costas parallelas directe sibi obpositas, uti & folia in ramis sibi obponuntur, a tribus ad sex paria, quæ obliquam aliquando efformant crucem: Ramulorum vero summum in angustam terminatur linguam ex binis foliolis compositam, inter quæ paucus saepe luteus & glutinosus continetur succus uti in præcedenti id quoque obtinet arbore, tales quoque lingulae solitariae vel binæ ad foliorum summum par obseruantur, ex quibus fructus excrescit, qui longo infidet firmoque petiolo solitarius, primo magnitudine semi-perfecti Cerasi nigri, qui externe crassiusculis auctus est squamulis, quæ flosculos exhibit alba staminula gerentes, a quibus totus fructus lanuginosus est, hæc autem sensim decidunt.

Maturus fructus magnitudinem habet perfecti Cerasi, rugosus, mollis, sed non facile manibus confringendus, latus enim ac tenax est, interna substantia similiis est, sed siccior præcedente, ad oras vero semen quoddam fuscum & arenosum locatur nucleo carens, fructus vero saporem gerit amaricantem, nec edulis est, ita ut hic fructus cum isto *Arbuti* conveniat, simplex enim tantum suo infidet petiolo longo ad ramulorum extremum, atque ex superiorum foliorum alis: Foliorum sapor amaricat quoque, sed non ita vehementer quam prioris.

Lignum externe albcat, interne magis lutescit quam præcedens, immo saepe rubescit, estque durus ac solidius isto. Maturi fructus Majo observantur mense, quum decidunt, atque ex arenoso semine novæ progerminant arbores.

Nomen. Latine *Bancalus mas & parvifolia*. Malaice *Banckal Lacki* *Lacki & Daun Kitsjil*, ac sic porro in aliis linguis idem cum præcedente gerit nomen cum adjectione maris seu *parvifoliae*: In Leytimor *Humen Malona* vocatur.

Locus. Ubique crescit in primis camporum silvis.

Usus. Nec hæc arbor tignum subministrat, sed hoc in libro ponitur ob adsinitatem prioris feminæ: Casis vero ejus postes inservire possunt, quum elegantem gerat rectumque truncum, si pali ex hac formantur arbore, qui ad hortorum usum terræ committuntur, facile progerminant, ac brevi in arbores excrescent satatis altas.

Folia ad cibum non adhibentur uti præcedentis, sed ad usum medicum, quibus in febribus corpus lavant, quum modice refrigerent. Truncorum lignum eleganter luteum gerit colorem, estque solidum & tenuebus ex fibris constructum, nec adeo fungosum aut viscosum est ac feminæ, unde & leviori operi scripario aptum.

Rumphii Appendix hisce auctus est.

Præter binas istas *Bancali* species, medium ejus inveni speciem, quæ ramos gerit rotundos & glabros, qui rara gerunt folia bina sibi obposita, sursum inflexa, a quinque ad octo pollices longa, quinque sexve digitos lata, superne glabra, inferius paucis parallelis & protuberantibus costis scabra.

Ramuli summum in viridem terminatur squamulam ex binis foliolis sibi obpositis formatam: Veteres vero ramuli in summo gerunt petiolum rectum digitum longum, cui fructus infidet solitarius magnitudine globi sclopeti minoris, sed irregulariter rotundus, externe rugosus, & caliculis quasi cinctus, quibus florisci infederunt oblongi.

Tabula Quinquagesima Quinta;

Figura Prima ramum exhibet *Bancali majoris* seu *latifoliae*.

Figura Secunda ramum repræsentat *Bancali minoris* seu *angustifoliae*.

Bancal-Boom.

Bancal het manneken, is wat wilder van aard dan 't voorgaande, ronder en ranker van stam, met een digte kruyn, in vele korte ryskens verdeelt. De bladeren zyn veel kleender, en die van *Canna Fistula* gelyk, vier en vyf duymen lang, twee en drie breed, glad en even, met een ordinaris spits, en weinige parallelle ribben, die regt tegens malkanderen staan, gelyk mede de bladeren zelfs aan baare takken, van drie tot zes paren, die somtyds een schuyns kruys maken, het uiterste der ryskens eyndigt in een smal tongskens, van twee blaadjes gemaakt, waar tusschen men somtyds een weinig gele en kleverige zap vind, gelyk ook aan 't voorgaande, en diergelyke tongskens ziet men ook een of twee by de voorste bladeren, uyt welke de vrucht voortkomt. Dezelve staat op een lang stijf steeltje, enkelt, eerst in de groote van een half volwasse krieke, van buyten met dikke schubbetjes bekleed, dewelke kleene bloempjes vertonen, met witte draatjes, die de geheele vrucht volachtig maaken, en metter tyd afvallen.

De rype vrucht is in de groote van een volwasse kerffe, nog al ruyg, zagt, dog niet ligt aan stukken te dooren en taay, van binnen is diergelyke substantie, drooger dan aan 't voorgaande, en tegens den rand vind men eenig bruyn en zandig zaat, zonder andere korl, bitterachtig van smaak, en niet eetbaar, zo dat deze vrucht met die van *Arbutus* overeenkomt, want men ziet niet meer dan een enkelde vrucht op baar lange steet staan, aan 't eynde der ryskens, en uyt den schoot der voorste bladeren. De smaak der bladeren is mede bitter, gelyk de voorige, dog zo sterk niet.

Het bout is buyten meest wit, na binnen toe hooger geel dan 't voorige, en somtyds na den rooden trekkende, harder en massiever dan 't voorgaande. De rype vruchten vind men in de Maand May, dewelke afvallen, en uit het zandige zaat nieuwe hoompjes voortbrengen.

Naam. In 't Latyn *Bancalus mas & parvifolia*. Maleys *Banckal Lacki* *Lacki* en *Daun Kitsjil*, en zo voorts in de andere talen met de voorgaande naam, met byvoeging van mannetje of kleenbladige. Op Leytimor *Humen Malona* vocatur.

Plaats. Hy wast over al in de voorste Boschagien op de Velden.

Gebruik. Dit is mede geen timmerhout, maar komt in dit Boek door gezelschap van 't voorgaande wyfken, egter tot kleene butten kan by stylen verstreken, om dat hy fraay regt van stam is; als men Tuyn-staken daar van maakt, zo schiet hy ligt wederom uyt, en wert in 't kort tot een hooge boom.

De bladeren zyn niet gebruykelyk tot de kost, gelyk de voorgaande, maar wel in de Medicynen, om in de koortzen daar mede te wassen, dewylze matiglyk verkoelen. Dit bout van de oude stammen is mooy-geel, digt en fyn-dradig, ook zo voos en kleverig niet als 't voorgaande wyfken, en daarom tot ligt schrynwerk bequaam.

Het Aanhangzel van Rumphius is hier mede vermeerderd.

Behalven de twee soorten van *Bankal*, heb ik nog een middelbare soorte gevonden, wiens takjes rond en glad zyn, daar aan weinige bladeren staan met 2. tegens malkander, en met baar voetjes opwaards gebogen, van 5. tot 8. duymen lang, 5. en 6. vingers breed, boven glad, met weinige parallelle en uitstekende ribben van onderen.

Het uiterste van 't jonge rysken eindigt in een groen schubbetje, gemaakt van twee blaadjes tegens malkander. De oude ryskens hebben voor uyt een regten steel, een vinger lang, en daar op een enkelde vrucht in de groote van een *Musquet*-kogel, dog oud bollig rond, van buyten ruyg, en als met kleene kelkjes bezet, daar in langhalzige bloempjes gestaan hebben.

De vyf- en vyftigste Plaat;

Vertoont de eerste Figuur een Tak van de groote ofte brea-bladige *Bancal-Boom*.

De tweede Figuur een Tak van de kleyne ofte naauw-bladige *Bancal-Boom*.



